



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sulpici[i] Severi Presbyteri Opera Omnia

Sulpicius <Severus>

Amstelodami, 1665

Abia Rex Iudæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11490

1 LXXIII. In hujus locum ¹ *Abiud* filius ejus regnum Hierosolymæ sex annos tenuit : quamvis in Chronicis triennio
2 ² regnasse referatur. Huic ³ *Afab* filius successit, ⁴ à David
3 quintus fere, quippe abnepos ejus. ⁵ Fuit religiosus Domini cultor. Namque ⁶ deletis aris lucisque idolorum, * vesti-

stitutum est, quod Israëliticum dicebatur, à quo diversum deinceps fuit Judæorum regnum, cujus arx & caput Hierosolyma erat. Atque hæc ipsa res omnium malorum causa Hebræis fuit. Defessi enim, exanguesque, nationibus exteris præda facti sunt, quos antea non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere aut contundere quibant. Statim Sufacus Ægyptius sacram urbem, templumque expilavit, & ne contumelia deesset, columnas passim disposuit, in queis, fædum dictu, incisa mulierum verenda erant. Nam quod Herodotus factum id à Sefostri esse prodidit, error nominis est, uti recte Flavius judicavit. *Cunæus.*

* Septimo & decimo imperii anno.] *Ε'τελδύτη (ε βιώσας) ἔτη πενήκοντα κ' ἐπ'α, βασιλεύσας δ' αὐτῶν ἐπ'ακαίδεκα, ἧ τρέπον ἀλαζῶν ἀνὴρ καὶ ἀνόητος, ἔδειξεν τὸ μὴ ἀποσέχειν τοὺς παρῶν φίλοις, τὴν δὲ ἄρχὴν ἀποτελέσας. Joseph.*

1 *Abiud.*] III Reg. 15. Mendum quale supra ubi Abiud pro Abihu legitur. Sic hoc loco legendum Abiu, abjecto *d*, nempe ex Græco *Α'βιῦδ*, quod in Editione Romana III Reg. 15. 1. pro quo in fonte Abiam. Sed II Paralip. 12. 16. Abia legitur & Græce *Ἀβία*. Par varietas in *Ἀβία* & *Ἀβιδία*. *Drus.* Sex annos tenuit, quamvis in Chronicis triennio. Præterit memorabile illud prælium, in quo ex Israëlitis quingenta millia ceciderunt. II Paralipom. XII.

2 *Regnasse.*] Ad historię fidem emendat Sigonius, tres annos tenuit : quamvis in Chronicis regnasse referatur. Mirari satis non possum. Nam in Chronicis Eusebii, post quem *Abia* annis tribus, nisi

legendum hoc loco, *annis sex*. Sane scriptum est, II Paralipom. cap. 13. 1. *tribus annis regnavit*, & in LXX. *τρία ἔτη ἔβασίλευσεν*. Idem numerus III Reg. 15. 2. *Drus.*

3 *Afab.*] Rectum est *Afa*. Nam etiam in LXX legitur *ἀσά*. III Reg. 15. Josepho *Ἀσάν*. Rarissime autem permutantur nomina regnorum Israël & Judæ. *Afa* & *Josaphat* soli ex Regibus Judæ, vocantur Reges Israël II Chron. 21. 2. Utrumque locum LXX. transtulerunt, *Rex Judæ*, ne rudiores ea permutatione offenderentur. Regnum Israël semel tantummodo vocatur regnum Judæ, in Jeroboamo secundo. II Reg. 14. *Broughton.*

4 *A Davide quintus fere.*] Quartus erat à Davide, ut ex serie regum videre licet, Salomo, Roboam, Abiam, *Afa*. Sane Davidis filius Salomo erat, nepos Roboam, pronepos Abiam, abnepos vero, id est, filius pronepotis, *Afa*. Ideo sequitur, quippe abnepos ejus. Quod autem in Chronicis Eusebii, post quem *quintus Afa*, an. 41. id aliter legitur in editis à Scaligero, *Hebræorum Judarum quintus Afa*, an. 41. *Drus.*

5 *Fuit religiosus Domini cultor.*] Fuit inter Reges Judæ & Israël illud discriminis, quod Israëlita semper in institutis Hieroboami manserunt, perpetui Idololatæ. Ex Regibus Judæ alii Roboami impietatem secuti sunt, alii Davidis pietatem. Ex his *Afa*. *Sigonius.* *Τὸν τρέπον ἄριστος, ἔως τὸ θεῖον ἀφορῶν, καὶ μηδὲν μῆτε πρῶτον, μῆτ' ἐνοεῖν, ὁ μὴ ἀποσέχειν τὴν βίβλαν εἶχε, καὶ τὴν ἱεροκρίμων φρικτὴν τὴν ἀναφορῶν. Joseph.*

6 *Deletis aris lucisque idolorum.*] Imprimis Idolum matris suæ Maachæ abstulit.